

## CERATUM CITRINUM.

- ℞. Unguenti basilici flavi ꝑ. libram dimidiam,  
Cerae flavae ꝑ. unciam unam.

SIMUL liquentur.

## CERATUM EPULOTICUM.

- ℞. Olei olivarum ꝑ. libram unam,  
Cerae flavae,  
Lapis calaminaris præparati, singulorum ꝑ.  
libram dimidiam.

LIQUEFIAT cera cum oleo, et, simul ac mixtura lentescere incipit, insperge lapidem calaminarem, et bene move, donec ceratum penitus refrixerit.

## CERATUM MERCURIALE.

- ℞. Cerae flavae,  
Axungia porcina curata, singulorum ꝑ. libram dimidiam,  
Argenti vivi ꝑ. uncias tres,  
Balsami sulphuris simplicis ꝑ. drachmam unam.

CERAM cum axungia liquefac, tum gradatim adde argento viro cum balsamo sulphuris trito.

## EPITHEMATA.

## EPITHEMA VESICATORIUM.

- ℞. Cantharidum in pulverem tenuissimum redactarum,

Farinae

Farinæ tritici, pondera æqualia.

ACETO fiat pasta.

EPITHEMA VOLATILE.

℞. Terebinthinæ communis,

Spiritus falis ammoniaci, singulorum pondera æqualia.

TEREBINTHINA agitetur in mortario, sensim instillato spiritu; donec in crassamentum album coëant.

CATAPLASMA e CYMINO.

℞. Seminum cymini p. libram dimidiam,

Baccarum lauri,

Foliorum scordii siccatorum,

Radici serpentariæ Virginianæ, singulorum p. uncias tres,

Caryophyllorum aromaticorum p. unciam unam.

MELLIS triplo pondere specierum contritarum fiat cataplasma.

CATAPLASMA MATURANS.

℞. Caricarum p. uncias quatuor,

Unguenti basilici flavi p. unciam unam,

Galbani colati p. unciam dimidiam,

CARICAS instillato subinde vino vel cerevisiâ forti, bene contunde; dein unguentum cum galbano prius liquefactum diligenter immisce.

COAGULUM ALUMINOSUM.

℞. Albuminis ovi quantum libuerit.

AGITETUR cum frusto aluminis satis magno in patinâ stanneâ, donec coagulatum fuerit.

F I N I S,

IN-